

ta ut nouu sanctificatus

ut in ore domini oue in

veniatur lau Guarum alle

¶

¶

¶

ov nicht von Ab

W

Ug 17,9

# DE VISU TALPARUM

DISCURSUM PHYSICUM

Benivolo indultu

Incluti Ordinis Philosophici  
IN ALMA PHILUREA  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI

EXCELLENTISSIMI AC PRAECLARISSIMI

**DN. M. JACOBI THOMASII,**

Eloquentiæ Prof. Publ. celeberrimi, Facult. Philosoph.  
Asses. gravissimi, nec non Min. Princip. Col-  
legii Collegiati Dignissimi

Dn. Praeceptoris, Patroni atq; Promotoris omni observantia  
cultu eratam devenerandi

publicæ Eruditorum ventilationi  
ad XII. Calend. Januarii

Horis Locoque consuetis  
subjicit.

**JOACHIMUS CORTHUM,**  
HAMBURG.

LIPSIÆ, Prof. ffd.  
Typis JOHANNIS VVITTIGAU,  
Ann. clo loc LIX,



# Juvante Triuno!

ſ. I.

 Elebris est animalium in imperfecta & perfecta diſtinctio. Eam alii aliter a): qui nobis maximè placent, à quinque ſenſu m plenitudine ſic interpretantur, ut eos omnes quæ habeant, perfecta ſint; imperfecta, quæ uno aut pluribus deſtituantur.

ſ. 2. In utrâ claſſe ſit Talpa, ambigi ſolet, quòd de viſu ejus De viſu talpa- diversæ ſint ſententiae. Tres numeramus (utique tot poſſunt rum. eſte:) Prima, nec videre Talpas, neque id poſſe; Altera, poſſe quidem, ſed nunquam videre; Tertia, & poſſe & videre. Sed præstat forte ſecundam primæ conjungleſe. Sic prodiſunt in campum acies adverſæ duæ: Una, qui cæcum animal Talpam eſte aſiunt; altera, qui hoc negant. Cæcitatem h̄ic. (ne quis verbum cavilletur) eam in telligo, quæ toti ſpeciei familiaris eſt, non ſolis individuiſ præter ordinem ſpeciei obveniens. Quo ſenſu Philosophus ipſe b) aliter Talpam, aliter hominem viſu priua- tum ſcripſit.

ſ. 3. Si ea inſpicias, quæ de hoc argumento relata ſunt in li- præter cauſam teras, uberem controverſiam, & arduam agnoſcas (tantus h̄ic in- fortaſſe tanto- geniorum ſudor eſt:) perfaſilem fortaſſe, ſi ſuis quisque potius, perē intricate. ſed hiſ curioſis, quām alienis oculis talpam luſtratſet. Niſi enim fallor, ab hiſ judicibus vindicias ſecundūm viſum & ciuit̄, & minore longo negotio impetratſent talpæ, & Physicis lucratæ eſſent longas moleſtias inextricabilis propemodūm diſpu- tationis.

ſ. 4. Quid interim factum ſit, videmus. Tantâ ſeculo- munior eſt, rum præſcriptione, tot hominum præjudiciis, damañata ſunt ad quod docent cæcitatem, ut hanc non in nomine tantūm earum, ſed in pro-

A 2

verbiis

a) Expliſemus obiter Simplicium. Illi ad III. de Anim. f. 50: perfecta animalia ſunt τὰ ἀταύγεως πορευομένα. Sic vocavit, non, ut putat Theoph. Zymara ad eund. text. f. 248, ea, quæ moṭum habent determinatum prorsus, rationiq̄ parentem aut etiam coniunctum: ſed quo- rum moṭus ſaltem non eſſet, ut pulicūm, & ſimiliūm bestiolarū,

ſtructos.

b) IV. al. V. Metaph. 22.

Negativacom.

verbisque, fabulis, apogbris, hieroglyphicis, onirocriticis, emblematis, enigmatibus ad satietatem deprehendamus. De singulis pauca...

Nomen:

s. 5. Primo: Latini Talpam quasi cæcam appellavunt, à τυφλός). An hoc voluit Isidorus, cum scriberet d): *Talpa* ideo dicta, quod sit damnata cæcitate perpetuā & tenebris? Et Schwenckfeld e): *Talpa, σπάλαξ*, quod perpetuā cæcitate infestetur? Albertus M. f). autor est, talpam murem quoque terrenum & cæcum vocari. Varinus: Σπάλαξ ή σπαλαξ, ἐδος δε σεριμυδος, εκ γενετης τυφλας. Similiter πειρφεζστην alii passim Lexicographi. Verum periphrases non debent illico (qua multorum hodiè solennis ineptia est) vulgari pro synonymis. Et recte intercedit Gesnerus g), ne talpam cum diversi generis muribus, tūm terreno, tūm cæco, hoc est araneo, confundamus. De cætero cæcitatem Græci, si Lexicis h) habenda fides, nomine à talpis flexo σπαλανια quoque nominaverunt, quasi talpitudinem.

Proverbiū:

s. 6. Secundo: Res abiit in proverbium: τυφλότερος σπάλανος, Cæcior talpa. Habet apud Diogenianum i) & Suidam k). A Cleomede l) usurpatum Camerarius m) notavit, Epicurum reprehendente, quod in Physicis, Ethicis, Astrologi- cis esset τῶν σπαλανων τυφλότερος.

Fabula:

s. 7. Tertiō: Non amiserunt Poëtae occasionem tam lepidam. Fabulati sunt, à Terrâ Talpam excæcatam, quod fruges ejus corrumperet o). Alii cum majore apparatu: qui nunc Talpa est, hominem fuisse. Nota est Phinei cæcitas, & ab Harpyiis vexatio: sed rem aliis intactam narrat Oppianus p), à Titane nescio

e) Becm. orig. p. 1057. Aldrov. II. de Quadrup. dig. vivip. 36, f. 450. ubi pro typba, leg. typbla. d) XII. orig. 3, f. 225. e) Theriotr. Siles. p. 128. f) XXII. de Animal. Tr. 2. prop. fin. f. 124. g) de Quadrup. f. 931. conf. Aldrov. f. 450. h) Varinum & alios vide. i) cent. III. Prov. 25. k) in Aesop. & Tuφ. l) lib. II. de Mundo p. 240. m) II. Embl. 94. n) sic legendum pro σπαλανων, quæ menda è Basili. edit. 1547. in Antwerp. 1553. & Basili. alteram 1561. propagata est. Notanda è παρέγρῳ judiciorum pugna. Lucretio Epicurus Sol est lib. III. Cleomedi Talpa, cui nos assentimur. o) Diogenian. & Suid. d. l. è Stephanbroto, quod nomen pro Stephanbroto reddendum Schotto, Not. ad Diogenian. p. 251. p) II. Cyne. extremo.

beneficio ob quam Phoebi vatis victoriam irato hanc ipsi pœnam  
immissam, dein fugatis Boreadarum beneficio Harpyiis, cæci-  
tati id additum, ut ex homine Talpa fieret: ita hoc animalculi  
genus, cum antè non esset, cœpisse. Thomæ Reinesio <sup>q)</sup> Viro  
de literis bonis immortaliter merito, & quotidiè merenti magis,  
debemus notitiam loci cuiusdam, quem ex Hermete profert Olym-  
piodorus Alexandrinus libro *zendōtō*, nobis commodè in-  
servientis. Narratur ibi, Talpam hominem fuisse, cui, quod So-  
lis mysteria enunciasset, hæc divinitus oblata fuerit una cum  
cæcitate maledictio. Non additur Phinei nomen: sed hæc ta-  
men talia sunt prorsus, ut Oppiano lux inde sperari debeat, si  
assumas illud Apollonii Rhodii <sup>r)</sup> de culpâ Phinei:

ενεκα μαρτυρίης, την ἡ πάρεστι γεγονότης  
Δητοῖς, εδοξον ὅπιζεο καὶ Διός δυτὸς  
χρείων ἀργενέως ιερῷ νέον διθέσαισται.

§. 8. Quartū: cæca est Talpa etiam in Apologis <sup>s)</sup>. Quos, Apolog. r.  
quia nec pueris ignorantur, repeteremus supersedemus.

§. 9. Quintū: in Hieroglyphicis notis <sup>t)</sup>;

§. 10. Sextū: etiam in Onirocriticis <sup>u)</sup> Talpa symbolum est Crises so-  
ex citatis, ut loquimur, corporalis; mniorum :

§. 11. Septimū: imo & spiritualis apud scriptores Similitu-  
dinem, Allegoriatum, <sup>v)</sup> & Emblematum <sup>x)</sup>. Qvō & illud Eu-  
cheriū pertinet, hæreticos per talpas in divinis literis accipientis.

§. 12. Denique, cum ne ænigmata quidem ( latinum Sym-  
posiū, Camerarii <sup>a)</sup> gracum, germanicum Harsdörfferi, <sup>b)</sup> <sup>Ænigmata:</sup>  
aliter nobis Talpam depingant: verè nobilē cæcitate cum  
Bodino <sup>c)</sup> eam quis appellaverit

A 3

§. 13. Quæ

- g) I. Var. Lect. 2, p. 7. r) II. Argon. p. m. 61. conf. Valer. Flacc. lib. IV.  
v 479. seqq. s) Vid. Fab. Aesop, ed. Camer. Tit. Talpa & Mus. de  
Afino, Simia, & Talpa. Talpæ deprecatione, p. m. 102, 220, 235, 386.  
e) Horus Niliacus citandus §. 15. Pier. XIII. Hierogl. 23, Svalenb. aphi.  
Hierogl. lib. XIII. n. 4. Jac. Mas. Spec. Imag. p. 567, 580. n) Artemid.  
III. 65, 56 Jo. à S. Geminiano V. de rer. simili. 92 p. 269; Boissac. Prompt.  
All. c. 7. art. 1. p. 191. Addo Meffreth Serm. de Temp. Part. Hiem. fer.  
IV. post Let. Serm. 2. Pelbart. de Sanct. Part. Aestiv. ferm. 116. Hartz. I.  
Histor. Anim. 28. sub fin. Aldrov. f. 457. ex Ripā. x) Camer. II. Embl.  
94. y) ap. Pier. z) En. 25. ed. Reuslin. p. 152. a) p. 256. ap. eund.  
Reuslin. b) Sims. 47, Nähstsl. c) III. Theat. Nat. p. 343.

**S. 13.** *Qvæ dicta sunt hactenus, qvām latè a) disseminata  
Eadem appro- fuit hæc de talpinâ cæcitate opinio, facile ostendunt: origi-  
bata*

*nem ejus, autoritatem inter eruditos, & progressiones nondum manifestant. Id ergo deinceps facere tentabimus, simul indi-  
caturi, qvā occasione dubitari de è cooperit, tanto paulatim profectu, ut ei nos hodiè planè fidem abrogare non dubitemus.*

*ab Antiquita- te.*

**S. 14.** *Antiquissimi talpam & oculis & visu carere opinati sunt. Horus Niliacus, seu Horapollo, incerti qvidem avi scri-  
ptor, sed haud dubiè vetustissimæ recitator sententiæ, in Hiero-  
glyphicis e): Ἀνθεωπὸν τυφλὸν βελόμενοι σημῆναι, αἰσθα-  
λακα ζωγραφέστιν. ἐκάνει γδ ὁ φθαλαμὸς ἐκ ἔχει, γτε ὄξει.*

*ab Aristotele*

**S. 15.** *Aristoteles postea, oculis hujus animalis ab anatomie & sequacibus, detectis, visum tamen ipsi, qvem crederet obducta pelle impediri, neutriq; reddidit: in eandemq; sententiam partim au-  
toritate suâ partim ratione pertraxit Plinium g), Galenum h),*

*Philo-*

*a) Pro communihac opinione citantur & Cic.IV. Ac.p.20: quid talpam  
num desiderare lumen putas? & Virgil. I. Georg. v.183. Aut oculis ca-  
ptifodere cubilia talpæ. His additæ è priscis autore Kyranidum lib. II.  
p.10.; Talpa animal est cæcum: è recentiorib. Danæ. Part. alt. Phys.  
Christ. Tr. 5. c. 4. e) Lib. II. n. 63. ed. Hœsch. vel 59. ed. Caussin, scri-  
psit Horus Ægyptiacæ. f) Aristoteles sibi ipse videatur adversari, inquit  
Scalig. Exercit. 244. p. 703. fed v detur. Quatuor omnia in hanc  
rem locos reperio: III. de animâ 1. (apud Arabes est text. 121. lib. II.)  
I. Hist. An. 9. IV. 8. & quem§.2.citavi IV. Metaph. 22. planissimum o-  
mnium pre cocitate, nisi quis excipere posset, exemplorum non re-  
quiri veritatem: sicuti contrà textus è lib. de animâ sic obscurus est,  
ut & interpres variis torqueat modis (quinque aut plures exposi-  
tiones facile numerabimus) & ab his ad visum talpæ, ab illis ad cæ-  
citatatem trahatur. Rectè hoc posterius, ut infra docebimus è col-  
latione cum textibus Hist. Anim. Licit enim & horum sententiam  
follicent nonnulli, tamen operam perdunt. Sanè pro cæcitate tal-  
parum etiam ideo pugnant tot suffragia superioris xvi, quia consta-  
ret, ita sensisse Aristotelem. g) lib. XI. cap 37. & XXX. 3. h) XIV.  
de usu part. 6. & II. de sem. 5. Priorem locum pro visu citat Keckerm.  
Disp. XV. curf. phil. probl. 22. Sed decepti eum sua solennis à 23. v. 1.  
quo d planissimè intelliger, qui eum comparabit cum Conimb. Nam  
Galenum inspicere non curavit, et si hunc nominat, illos tacet. Quod  
de Alberto Conimb. dixerant ad III. de An. 1. Q. unic. art. 4. p. 358.  
de Galeno dictum creditur.*

Philoponum *i*), Themistium *k*), Averroëm *l*), Thomam *m*). M.  
A. Zimaram *n*), (cuius hic studium præ ceteris eminere dixerim.)  
alios *o*): eo quidem accidente applausu, ut illi sententiæ, tan-  
quam vel evictæ à Physicis, vel certè communiori, parcerent etiā  
Scholæ Metaphysicorum, eaque salvâ prospicerent nihilominus  
canoni suo, qvi frustrâ esse potentiam pronunciat, qvæ in actum  
non deducatur *p*).

**S. 16.** Sub his ergo adversariis succubuit visus Talparum, deserta à Sim-  
Quaramus nunc illi Patronos. Primus, qvod sciam, Simplicius plico:  
laudabili facinore non tam à talpis dedecus cœcitatris depellere  
conatus est, qvam ab ipsâ Naturâ ejusq;ve conditore Deo in pru-  
dentia ignominiam, aut imminutæ potestatis; si oculos talpæ  
dedisset, nihil unqvam adspecturos. *Ou* γδ ἀν μάτην, inquit *q*)  
ὑπὸ τὸ δέρμα ὥστε ὁ φθαλμὸς τῷ ζῶο, εἰ μὴ καὶ ἐνεργεῖν  
ὑπὸ τὸ δέρμα ἡδύνατο. *αλλ* ὁ μυδεῶς καὶ ἐν σκότῳ δι' αὐτέ-  
ναι, ὡς καὶ τὰ νυκτινόμα. Debilem visum tribuit oculis tal-  
parum, ut qvem obducta pellis remoretur, visum tamen.

**S. 17.** Secuta est, licet longo satis intervallo, Alberti M. mi- ab Alberto:  
rifica prorsus & singularis opinio videre talpas, sed oculis carec (sed cum ap-  
re: horum vicem iis præstare pellem depilem, humidiusculæ pendice por-  
carni prætentam, usu non ampliore, nisi ut lucem à tenebris di- teutosa op-  
gnoscens admonetur, extrâ salutare sibi elementum terræ se e-  
meruisse,

*i) ap. Conimb. d. l. p. 359. conf. Th. Zymar. ad III. de an. f. 247. 248. k)*  
*ap. Conimb. d. l. Zym. f. 248. Aug. Niph. ibid. f. 518. Tolet. ad III. de*  
*an. l. p. 113: l) ad II. de an. text. 111. de alio ejus loco dicetur inf. m)*  
*ap. Conimb. d. l. Simon. de sens. f. 41. & M. A. Zim. Tab. super Ari-*  
*stot. & Aver. Digest. de Talpâ. n) d. l. o) Barth. Angl. XVIII. de*  
*rer. prop. 100. Freig. lib. XXXIV. Phys. p. 1134. Frantz. I. Hist. an. 28.*  
*p) Vid. M. A. Zimar. Theor. 117. p. m. 233. Reeb. Axiom. Philos. II. p.*  
*153. Sthal. Part. I. Disp. 3. Reg. Phil. 2. p. 67. 68. CL. & amiciss. Collega*  
*Schertzerus Fac. Phil. h. t. Decanus in Axiom. resol. p. 21. & Aurif.*  
*disting. p. 40. 41. q) ἵπορη, εἰς τὸ γ. περὶ ψυχ. f. 50: ed. Ven.*  
**§ 27.**

(et quae se ne-  
nemini appro-  
baret postea : spreta est facile. Sic illa bestiola si non visum, saltem instru-  
mentum videndi retinuit usque ad seculum à nostro proxi-  
mum.

S. 18. Quo

r) verba Alberti appono, I. de Animal. Tr. 2. c. 3. Hec, inquit, est priuata  
oculis, ut videtur: nihil enim omnino videt (colorum) & errat incedens, qdā  
de terrā egreditur. Sed hoc experimento probavi, qdā pellis sui capitis in loco  
oculorum plana est & tenuis, alba sine pilis, & clausa tota, qdā nec signum ha-  
bet divisionis: Et quando subtiliter incidi eam, nihil omnino inveni nigredinis  
nei materiae oculorum. (Aristoteli hæc tacitè opponit, quem paulò post no-  
minas aperte,) sed carnem inveni ibi humidam magis, qdā alibi. Postea:  
Videtur dicendum alio, qdā ---- cum sit animal, qdā non habet extra terram  
habitationem. Et vicērum ---- non erant ei necessarii oculi, sed essent superflui, si  
haberet eos: ---- idè natura dedit ei in locum oculorum pellem tenuem, pla-  
nam, depilatam, ad qdā facta tenui luminis reflexione sensum accipiat, qdā van-  
do fit sub terrā, & quando non fit sub ipsa. Et Libr. XXII. Tr. 2. propè fin. ubi  
de Talpā: Loca oculorum habens, non oculos (iustos, quales in aliis animan-  
tibus) unde pellem in loco pilorum non habet pilosam (saltem ut luminis spe-  
cies per eam transmitti posset.) Interpretatione adjuvandus fuit sermo alius,  
fateor, obscurus. Sealiger Exerc. 244. p. 704. alio trahit. Quid non sequor.  
Habet ibi Albertum pro Patrono non visum talpini, sed cecitatis. Qod ante  
eum fecerat & Zimara digr. de Talp, Cajetano absentiens. Non miror, qdā  
opinio Alberti portentum est. Qvis credat ab eo visum relinqvi talpis, qdā  
oculos ipsi erunt? Et obscuritatem dictiōnis modò accusavi. Sed Alberto  
non planè cœcos esse talpas perswasum fuit etiam Tolet & Conimb. ad III. de  
an. I. Neque alter sentire possumus (nisi velimus ipsum sibi contradixisse)  
per ea, qdā ad II. an. text. 131. commentatur: propter consuetam opacitatem  
terre & tenebram sustinere lumen non posset (ane qdā planè cœcus est, lumen  
quantumvis facile sustinebit) nisi oculos (vicarios istos) tellus pelle haberet,  
ob qdā in loco oculorum exteriū pilos non habet pellis ejus, ut magis sit spissa.  
Accipitur hoc verbum Zimara, & urget: Albertum, si talpis visum dare  
volueret, non qdā sturum fuisse huic sentientia pondus à spissitudine pellis,  
sed raritate potius ac perspicuitate. Debuerat anima dvertere, spissitudinem  
hic pro causa ponì non visus simpliciter, sed visus habetis. Quod porrò  
quasi ex Alberti mente addit Zimara, non spirituali sed reali alteratione  
pellis talpæ alterandam fuisse à lumine, quia lumen per sui reflexionem  
calefacit: tam frigidum est pro hoc loco, ut via affungi possit homin flui-  
pidissimo. Hæc disputanda fuerunt, qui historiam opinionum hic vestiga-  
mus: alias forte non erant tanti. Qui verò in hanc opinionem incidenter  
Albertus, infra coniiciendi locus erit,

S. 18. Quo jam' & visu' redonata est à plerisque: verum  
sibeo onere, quod illi reliquerat Simplicius, ut scil. tantum vi-  
deret, quantum per obductam posset pelliculam. Refrigescente  
quippe per hæc tempora studio nominis Aristotelici deprehen-  
sum est tandem, non posse Naturam satis absolvit ab infamia fra-  
strationis, (ut ut eam amoliri pars aduersa omnibus modis labo-  
rasset,) nisi uteunq; fungeneretur isti oculi officio sibi suo.

S. 19. Ab hoc principio melior hæc sententia continua se-  
rie ad nos usque deducta est nec paucis auctoribus, & iis sane  
quæ claris atque idoneis. Quibus signiferum constituamus & ut Simonio:  
ex merito suo (fuit enim Philosophus & Medicus excellens, &  
de Aristotele nostro probè commiteritus) & ex affectu nostro,  
(qui posteros ejus in hæc urbe superstites affinitate contingi-  
mus.) Simonem Simonium ( ); nec legi quenquam, qui pro visu  
talparum luculentius differat, & gravius atque constantius. Quæ  
laudes nisi hic defüssent Scaligeri ( ), præcedere poterat. Pone-  
tur tamen proximus, tum quia pro suo Aristotelis amore in eum  
sententiae hujus auctoritatem, item ut Simonius, contulit: tum  
quia ut Simonium Timplerus & Alstedius ( ), Sic Scaligerum sen-  
nertus, Becmannus, Aldrovandus ( ) seqvuntur. De coetero bus aliis  
militantes habemus in hæc acie Toletum ( ) quoque, Hauenreute-

B rum

- 1) In Arist. de sens. f. 41. seqq. 2) qui h̄c sibi ipse aduersatur longè ve-  
rius, quam Aristoteles. Exerc. 197. talpam imperfectissimum animal  
arbitratur, & optimo sensu carere dicit. In eandem sententiam, cùm  
Exerc. 244. multa profudisset, revocat se tamen denique, & à talpā lu-  
cem percipi concludit. Ejusdem inconstantie Cardanum mox nota-  
bimus. Ubi epida res contigit. Quo loco perfectis animalibus tal-  
pam aggregat Cardanus, Scaliger eam extremo loco esse juber inter  
imperfecta. Vicius, ubi carentem oculis inducit ille: hic, oculis pari-  
ter & visu iustitrit, Ita semel cœcutivit Cardanus, dū suā: bis Scaliger, dū  
& suā, & quod mirer, ejus aduersarii, euij esset alias censor acerrimus,  
artior ( ) præter videt. 3) Satis copiosè tractat hanc Qv. Timpl. Part.  
III. Phys. lib. 4. c. 8. probl. 5 & ibi Simonium exerte cirat p. 439. & verbis  
eius quibusdam uititur quæ postea, exqvæ ac sententiā sua fecit Alsted.  
XIII. Enc. Phys. part. 6. c. 5. reg. 2. f. 178. add. ibid. c. 2. reg. ii. aph. 27.  
f. 166. 4) hi omnes ad Scal. provoscat: Senn. VII. Epit. N. Sc.  
10. p. m. 567. Becm. orig. p. 1058 Aldrov. f. 451. 5) ad III. de  
B. C. 1.

rum *y*), Fromondum *z*), Rollenhagium, qui peculiari libro diffidere nos docuit multis hujusmodi veterum ramusculis *a*), Bodinum *b*), Keckermannum *c*), & Etzlerum *d*).

Vari antibus  
quibusdam:

aut sententi-  
am suspen-  
dentibus,

eligitur affir-  
mativa.

Occasiones  
controversiae:

§. 20. Non tacuerim hoc loco, habuisse hoc bellum etiam transfugas suos, etiam qui neutras partes sequerentur. Bis mutavit sententiam Cardanus *e*), sed locis diversis. In eodem commento talpam perfectis, imperfectis, videntibus, cœcis annumerat Theophilus Zymaraf *f*), M. Ant. filius. Conimbricensibus *g*) tutius videtur rem in ambiguo relinquere. Etiam Jonstonus *h*) quasi medium se gerit inter partes, recentissimus scriptor, & ob experimenta magnæ celebritatis, & ita gerit, ut, si urgeatur, facile credas abitum ad eos, qui talpis visum detrahunt.

§. 21. Poteramus horum modestiam & nos imitari, nisi credidissimus in conflictu disputationis Academicae ad veritatem liquidius nos perventuros, si copias nostras jungeremus alteri parti. Eam elegimus, quæ rationibus non indiligenter computatis videbatur potitura esse victoriæ. Et omnino perpulit nos eorum experientia minime suspecta, qui oculos talpæ non tantum post anatomem, sed etiam in animali vivo & illæso extrâ pelllem conspexerunt. Nam quod scriptores illi omnes, quos §. 19. pro visu citavimus, (taceo de adversariis,) aut pelle obiectos claris verbis faciunt, aut certè hoc non manifestè negant, quo patet id evenerit, ex iis, quæ nunc dicemus, conjecterit aliquis, ut puto, non ineptè.

§. 22. Nimirum ita est. Facilè fallunt oculi talparum intuentes, tûm exilitate, tûm nigræ pellis similitudine, & quod claudi possunt palpebris. Hac, nisi fallor, ex causa planè sunt antiquissimis negati, cum eos, ut in animali contento & invi-

so,

*y*) ibid. *z*) III. de an. c. 2. art. 1. p. 485. 486. *a*) Glaubtr. Eng. c. 16. p. 277. *b*) Theat. Nat. lib. III. p. 343. *c*) Disp. XV. Curs. Phil. prob. 22. *d*) Iag. Phys. D. 3: *e*) lib. IX. Subt. f. 272. talpa ipsi imperfectum est animal; lib. X. f. 295. & 297. perfectum, ubi & pro visu ejus pugnat: vicissim f. 339. pro cœcitate. Poterat hic Cardano jungi Scaliger. Sed visum est adversarios disjungere. Vide interim quæ ad §. 19. dicta sunt. *f*) in III. de An. text. (Arab.) *g*) scriptor flagitiosè securus de Lectotis eruditij judicio. *g*) ad III. de an. Q. 1. art. 4. p. 359. *h*) Hist. Nat. de Quadr., c. 18, f. 169. 170.

ſe, prætervidissent. Ea fides sic invaluit, ut illos ne quidem, qui  
secare vellent mortui cadaver, requirent. Forte jam detra-  
ctâ pelle interiora rimantibus demum apparuere. Ita creditum  
est eos nativo & continuo tegi corio. Quod non absurdè traxit  
Aristoteles in argumentum jam ante perivasæ cœcitatis, nisi quod  
erroris cuiusdam Natura fuit insimulanda. Sed hoc Aristotelem,  
qui Ethnicus foret, à sententiâ non dimovit, ut postea monstra-  
bitur; meritò dimovit Christianos, quanquam in his non pauci  
Aristotelem hâc in re prætulerunt pietati. His gradibus per-  
ventum est eo tandem, ut viſus daretur talpis, sed per pellem.  
Nos, qui tâm fidelia de oculis talparum conspicuis testimonia  
habemus, veniam certe speramus, si bonæ causæ tale jam fulcrum  
subjiciemus, sine quo factum est hactenus, ut doctissimi ejus ad-  
vocati ad argumenta quædam non firmissima confugerent, ut  
è sequentibus planum fiet.

S. 23. Etenim tempus est, ut hactenus ordinatas acies com-  
mittamus inter se, & rationibus agere jubeamus. Argumenta & principius  
utrinque numerum aliquem faciunt, sed nullum magis est decre-  
torium, quâm ab oculis quod petitur. Ergo ab hoc ordiamur.  
Nam si oculos habent talpæ, videbunt etiam invito Aristotele ; An oculos tal-  
si non habent, frustra paramus illis collyria. Oculos intelligo,  
non quales artifex pingit aut sculpit in materiâ mortuâ, veris  
similes; sed quales natura solet fingere, non extrâ ordinem; cum  
in individuis certis læsæ forte materiæ obsequitur, sed modo  
ordinario & ipsam speciem animalis attingente.

S. 24. Ab antiquissimis ex oculatas fuisse talpas, & diximus Quod afferi-  
ante 1), & ignovimus nuper 2). Eadem recentioribus, qui se tur contrâ ue-  
ab illis trahi permiserunt 1), parata est venia, si velint accipere;  
Secùs, ad anatomen ablegandis, aut nube testium adversorum 3)

1) §. 14. 2) §. 22. 1) Isid. XII. Orig. 3, & inde Barth. Engl. XVIII. de R. P.  
100. Cardan. X. Subt. f. 339. Sed hic jugulari etiâ potest gladio proprio,  
vide notata ad §. 20. Schwenckf. Ther. Sil. p. 128. Oculi, inquit, nulli.  
Bene tamen, qvôd addit: nisi quis velit oculos dicere punctula illa nigra  
semini papaveris similia sub cute utringue propter istum berentia. 3)  
eos reduc è §. 15, & seqq.

obruendis: aut, ut p' acidius [cum] illis agamus, mittendis ad mī-  
tissimum Poētarum Virgilium n), ut ab illo dicant saltem oculos  
condonare talpis, si visum non volunt.

& in his præ-  
cipuum Al-  
bertum.  
§. 25. Sed quomodo nobis cavebimus ab Alberto experien-  
tiā ſeam o) opponente? Scimus de hoc viro, Cajetani p) ju-  
diciū: sed malumus, quicquid in illo experimento erravit Al-  
bertus, casui q) imputare. Alioqui non deerunt nobis recen-  
tiores, quorum hīc omnino dignatio major. Pro omnibus te-  
ſtimoniū dicat unus Jonſtonus r): Vera egritudine ſunt, inquit,  
que ſcribit Plinius de oculis talpæ: Viſentur enim in iþiſi ſuo loco,  
nigri ſeti ---- puſilli, quale eſt ſemen pſillii.

Quales habe-  
ant Integros, hīc deſerimur à Jerifono, cuius modò proficiam operam expe-  
riebamur, & tantum non totā cauſa per eum cadimus. Dubitat  
ille, an oculi talparum fungi videndi muſtere poſſint, etiam eam  
ob cauſam, qvod multa eis adhuc defint, que neceſſaria ſunt s).  
Obſcro que? Nulli, inquit, iþiſi in ſerti nervis opici t). Sed be-  
nè ſperamus: Addit enim ſtatim: quantum mihi advertere li-  
cuit. Videamus ergo, an id licuerit aliis. Et verò licuit. A-  
ristoteles u): eiōi γαρ τοις ασπάλαχων διὰ τε εγκυφάλων  
ouſe-

u) I. Georg. 183. oculis capi ---- talpa, Ubi recte Cerdā f. 216. Poēta  
ſignate captos oculis dixit. Nam capi oculis, auribus, lingā dicuntur,  
qbi vero habent membra illa, ſed non uſum. Add. Beelman. p. 1058. orig.  
Minus recte interpretati fuerant ſervius, Pomp. Sabinus, & ex parte  
Bersmann. ad h. l. p. 190. Camerar. in anīm. eleganter tribuit talpæ  
ēbūpator̄ ὥπαν, viſum exoculatum, pro oculis exvilitis. o) vid. ſu-  
prā ad §. 17. p) Gaetanus noſter ſolebat diceret, in latīnā lingā duos ſiros  
illustres fuiffiſſe mendaces in rebus particularibus, quorū alter fuit nobilis,  
alter rufiſſus. Nobilem afferebat Plinius m) Alter vero rufiſſus eſt  
Albertus, qui dicit ſe expertum: & in multis talibus non ferum dicit, Zi-  
mar. digr. p. 389. Vide fastum Itali hominis, & in noſtrā gentem  
aculeum. Pliniū nobilem vocat: Italus fuit. Rusticum Albertum:  
fuit Germanus. De Plinii nobilitate parum conflat: Albernum cla-  
rissimā familiā editum, ampliſſimā Episcopi dignitate funkciū fuif-  
ſe, id verò orbi notum eſt. q) non oculos tantum negat, ſed & pel-  
lēra facit continuam. Neutrū verè. Palpebras eſſe talpis qui vi-  
derunt, affirmant. Eas accuratē claudit. Fefellit Albertum clau-  
ſura. Oculi, qui erant, vel pellem ſequi peruerunt, vel corrumpi  
culto. Quem ſubtilem fuifſe nobis nondum perverſit r) c. 18 H.N. de  
Q. f. 169. i) f. 170. p) f. 169. conf. Schavenck f. 1. ante cit. 2) IV. Hist. Ans. 8

τοντα τὸν ἔνθετον οὐκ εἰς τούτην τὴν καταχυτὴν πάρα πολλά,  
τέλοντες ταῦτα τῶν ὄφεων, τελευτὴν εἰς τὰς αὐτὰς  
δοντας Aldrovandus νν) : Per anatomicam inspectionem (talpis)  
duo nervi ad ipsas oculorum sedes à cerebro ducentur.

s. 27. Idem Aristoteles, (ut de recentioribus x) fileam,) ob humoribus, &  
servavit etiam in oculis talpa τὸ μέλαν καὶ ἐν τοῖς τέλοις μέλανος τὴν tunica omni-  
μάλωμένην κόρην, τῇ τὸν κυκλώσιον: paucis: πάντα τάντα τα  
μένη τοῖς ἀληθινοῖς γ). Quid amplius desideramus? Nam,  
quod hos oculos veris opponit, non aliā factum culpā, nisi pelli-  
cula, quā testos putavit. Post Aristotelem Galenus γ) eorum  
humorem vitreum & crystallinum. & præterea tunicas à menin-  
gibus ortas exp̄resse memorat. Excipere solent araneam, in  
quā fieret visio, & Galenū citant ex Averroē α). Ubi hoc vel  
Galenū scripsit, vel Averroē β): ubi docuerint ε), in aranē  
tunicā visionem fieri, ipsi viderint. Nos hīc ubi maximē scribi  
id poterat, Galeni compertum habemus silentium. Imò ait,  
talpis tunica esse οὐδὲν ἡτον τῶν χειρῶν ὄφεων λόγων.  
οὐδὲ εἰς ἑνεργήσιν αὐτοῖς, οὐδὲ ταπείνωσιν ἐποῖς, οὐδὲ σε ελεῖς,  
ταυτηπατελεῖ φηγανόμοις φυλαχθέντες τοῖς τῶν ἀλλων ἔτι κυνε-  
μένοις: quasi diceret, nihil omnino deesse illis, nisi quod aperti  
non sunt,

s. 28. Pone tamen, non esse tantum apparatus in oculis tal- Sit tamen  
pinis, quantum in nostris deprehenderunt anatomici. An ideo mnes in iis  
non videbunt? Mūribus credo non amplior est supellex: nec  
necessariam fuisse tam pulilio animali simile vero arbitror.

- B 3 s. 29. Dc
- γ) f. 451. Adde Bodin. x) Simon, de sens. f. 42, Camer. II. Embl. 94. alii.  
y) d. l' add. I. Hist. An. 9. Plinius cūm XI. 37. scriberet: *Talpis visus*  
*non est, oculorum effigies inest*, Scaligerio judice Ex. 244. p. 704. *curtis*  
*verbis textis Aristoteles sententiam, non aperuit.* z) XIV. de usu part.  
6. II. de sem. 5. a) Zimar. in Tab. voce Taipa p. 379. & in digress. p.  
380. ubi addit: *E expertum est hoc*. Scal. p. 709, Conf. Bodin. p. 343.  
& Beclm. p. 1057. b) citant Averr. in l. degenerat. anim. 1. Ego non  
reperio. e) Humori crystallino à Galeno, Averroē, aliis principia-  
rum in operatione visus attribui, Horstius restatur II. de Nat. hum.  
Exerc. 6. Q. 7; p. 416. Aranē tela, opinor, nemo.

S. 29. De pelle seu membranā indivulsā, quæ talparum oculos operiat, fortior persuasio est : quippe non Aristotelī tantum & Galeno d), sed cæteris propè omnibus e) affirmata. Quo ævo monachorum fabulæ divinas pariter & humanas literas conspurcarunt, etiam aliud commentatum accessit : rumpi illam pellem sub articulum moriendi f).

non obiectos, S. 30. Verūm omitto, quām parum de illâ pelle conveniat inter ipsos g), nec repeto erroris hujus originem jam supra h) expositam. Tantum duci me patior à Gesnero in rem præsentem, viro minime vano. Mibi quidem, inquit i), aliquoties insipienti talparum ocelli liquido apparuerunt : prominent enim extra cuitum velut puncta nigra, magnitudine seminis milii vel pauperis nervo affixa. Hec cùm digito chartæ apprimere, nigro humore eam inficerant. Quin & eruditus quidam amicus noster in talpâ gravida effectu fætus aliquot se reperisse mihi narravit, majusculis capitibus, in quibus jam etiam oculi apparerent. His planè consentanea retulerunt nobis viri excellentes & à utrōq; ai. Quia & illud addidere, esse huic animali palpebras, quibus operire possit lumina oculorum.

S. 31. Quid d) locis cit. e) Plin. Themist. Simpl. Aver. Alb. uterque Zim. Toleto. Simon. Scal. Fromond. Freig. Keck. Timpl. Alst. Frantz. Becm. Bodin. Jonston. Add. Bassian. Land. I. Anat. 8. p. 35. f) Barth. Angl. XVIII. de rer. prop. 100. Et putaberunt aliqui, quod illud corrum rumpitur præ angustia, quando incipit mori: Et tunc incipit aprire oculos in moriendo, quos clausos habebat in vivendo. Meffretth in serm. de Temp. Fer. IV. post Lat. serm. 2. Valde notabile, quod talpa incipit habere oculos post mortem. Sic & cupidi & abari, qui claudunt hic oculos ne videant pauperes, in pena inferni habent oculos patentes & videntes. Quod patet de dñite Luc. 16. hic cum esset in tormentis, cœpit oculos levare. An ergo nata est hæc fabula in templis Pontificiorum, cum pulchrum putaretur, Evangelia fabulis illustrare? Add. Jo. à S. Gem. V. de rer. sim. 92. p. 269: Aldrov. f. 456. & conf. Botac. Alleg. p. 192. An in pulpitis philofophorum, ut vel sic defendant Axioma: frustrâ esse potentiam, quæ nunquam actuetur? An videns aliquis mortuam talpam, quæ oculos haberet apertos, id in morte demum contigisse putavit, quod vivis oculos claudi jam tot secula decrevissent? g) Crassa est Aristotelis: tenuis Bodino: Simonio tenuissima & absque pilis, ut transparendo talpa cernere possit. Addit Toletus, per eam apparere & motus oculorum. Non prorsus ineptè forsitan, si de palpabrius exponas. h) §. 22. i) f. 932. Inde Aldrov. f. 452. Conf. Cardani locum lib. X. f. 297, qui tamen nec clarus est satis, & autoris huc parum idonei.

§. 31. Quid ergò moramur? Habent talpæ oculos : & ha-  
bent apertos: Ergò vident. Quid? omittit illud, apertos, & sub-  
stitue clausos, tām firmum hoc argumentum est, ut in eo sol-  
vendo operam & cleum perdidint omnes talparum τυΦλωταj,  
constricti ab unā valida inexpugnabili ratione: NATURAM NI-  
HIL FRUSTRÀ FACERE. Conati sunt tamen elabi sed aliter nihil frustrà  
Aristoteles, aliter cœteri. Operæ premium est videre quid affe-  
rant.

§. 32. Præcedat Aristoteles. Nam & hic aliis erroris ducem Exceptio Ari-  
stotelis, Natu-  
se præbuit, & est ejus error hīc planè capitalis. Concessit, Natu-  
ram in oculis talpæ meditari pro fine visionem: eum finem cur  
non aequalatur, materiae culpâ fieri sensit, quod materia ejus non  
posset plus recipere k). Tales frustrationes ζινητης vocare solet  
(oblaſtiones vertunt l) vulgō. Quare & intalpâ oculos ēv τῆ  
γενέτει πηγαμένης m), item διςΦθαρετης, & ipsam naturam  
ēv τῇ γενέτει πηγαμένην agnoscit, & ut plura ejus verba non ur-  
geamus, oculos talpæ aperè opponit ποιησις αληθινοις n), veris.  
Veris utuntur, qui videre possunt, non veros, sed æqvivocè di-  
ctos habent cœci. Tales talpis dedit Philosophus, & in hunc  
sensum πεπηγα μένης exponit Scaliger o) : licebitq; hujus vo-  
cabuli velut in dagine jam interpretari vexatum textum libro-

b) his verbis rectè exposuit magistri sui mentem Averroës ad II. de an-  
text, 131. nescio an æquè bene Averrois verba sectator ejus Zimara,  
digress. p. 380. quia materia illa, cūm sit malum terrestris, non est per-  
spicua, sicut requirit instrumentum visoris. conf. Simon. f. 41. l) vix  
reperit Scaliger vocabulum, verit tamen perfectiones interceptas IV.  
Hist. anim. f. 474.475. oculos πηγαινεις lib. I. f. 69, verterat inchoa-  
tos, & in Comm. addiderat: nos balde circum spechâ voce expressimus,  
inchoatos: etiam probentos dicere possit ab ipsâ pellicula ante quam ab-  
solventur. m) I. Hist. an. 9. n) hac omnia IV. H.A. 8. o) Exerc.  
24.4. p. 705. ubi adhuc pro cœitate disputat: Habet igitur id, quod  
partim est, partim non est oculus. Hoc est, quod ajebat Philosophus,  
πηγαινεις. In verbis sequentibus statim deficit ad partes adversas.  
Rectè hoc illud minus rectè, quod iisdem putavit patrōinari Aristot-  
elem (erravit in hoc & Simonius f. 42. add. Tipl. p. 459. & Keck,) torquens alia quædam ejus verba. Nam hæc vocula πηγαινεις, hanc  
vum nō patiebatur. Adigebat eum potius, ut postea in Comm. ad V.H.  
A. f. 475. aperitè despueret in impium dogma, ibi: Hec effentientia &c.  
quod Christianum Philosophum decebat.

tum de animâ <sup>p)</sup>) pro cecitate: non enim frustrâ eadem ibi vox oblationis <sup>q)</sup> reperitur.

S. 33. Habet ergo Aristoteles talpam pro germano ac nativo monstru naturæ. Nec novum est in ejus philosophia, non esse monstra, individua tantum, sed ipsas integras species monstrorūtatis laborare. Quid clarius, quām hēc ejus verba <sup>r)</sup>: Κωτόκα πάντα Φάίνονται ἔχοντα τείτας πάσους (αιθέριος) πλήν εἰτι πεπίεσθαις ΓΕΝΟΣ, διον τὸ τῶν οὐσιαλδίων. Vides talpam exemplum ponit non individui monstrosi sed generis.

revocatur ad S. 34. Ultima tām profana sententia vena quārenda est in principium illo sacerrimo Ethnicorum principio; Materia non à Deo creatam esse, sed illi coextitisse: tantum ergo posse Deum, quantum hoc illi permitteret: si plura velit (velle autem quandoquidem ad id semper tendat Natura, quod optimum <sup>s)</sup> est,) inchoare posse, perficere non posse. Huic principio acceptum referent fœminæ, quod totus earum sexus pro monstro, & imperfecto, atque, ut barbari loquebantur, occasionato animali traductus est ab Aristotele. Quem secutus Galenus imperfectionem illam exemplo talparum egregiè sibi <sup>t)</sup> confirmare visus est, cùm rem potenti similem persuadere vellet, fœminas à viris non aliter distinguiri, quām genitalium occultatione: quas partes in illis easdem planè omnes peræquæ ut in viris commentam' esse naturam, sed præ imbecillitate excludere, & foras mittere non quivisse, plane ut in

p) lib. III. c. 1º quem sic περιφερεῖσθαι. Nullus sensus deest perfectis animalibus & non oblatis. Imò ex oblastis talpa, et si sensuum aliquo caret, omnium tamen accepit instrumenta. Habet enim oculos sub pelle, utrū careat visu, etiam hunc adeptura, si quantum expetebat natura (expetit autem semper optimum quidque) tantum illi per materia licuisset malignitatem. Sic exponendo loco non parum quoque servit illud IV. H. A. 8. ἀνθεωποσουε, &c. q) ap. Interp. vet. Sed in ed. Averr. p. 118: perperam impressum est: occasionem pro oblationem, quod in Averrois quoque textum irrepit. Antiquum esse iphalma inde conjicias, quod & Albert. M. fecellisse videtur, qui cùm videret mendum, nec veræ tamen correctionis in mentem veniret, ut cunque emendavit, & occisionem scriptis plus unā vice I. de Animal. Tr. 2. c. 3. r) IV. H. A. 8. confer milii jam locum IV. (sive V.) Metaph. 22. s) Exponi hoc effatum soleat in regulis, trahique in commodum sensum, vid. Sthal. Part. I. Disp. II. Reg. 5. p. 317. sed aliuit in eo Aristoteles aliquid monstri, nec sine causa suspectum est Scaliger ad IV. Hist. Anim. f. 474. r) locis toties cit.

**It in oculis talparum** <sup>u)</sup> **contigerit, intus ad unguem absolutis,**  
**tantum corium perrumpere non valentibus.**

**I. 35.** Verè monstra sunt, non in specie aut sexu animantium, sed in his opinionibus. Quibus non aliter medicinam facias, nisi ut unā cum illo ipso tām pestilenti principio penitus excindas <sup>v)</sup>. Salva Dei majestate concedemus monstra in individuis <sup>x)</sup>, sic enim condidit materiam, ut interdum deficere possit: nulla concedemus in speciebus, quia materia non præscriptis Deo limites; sed materia DEUS. Charus nobis est Aristoteles, sed charior religio. Nec placent, qui sententiis impiis colores querunt, ne appareant, (quod in excusandā talparum cæcitate fecisse Scholasticos post paulum patebit: ) Detegendæ sunt, ut caveri possint; non pingenda, ut irretiant incautos.

**S. 36.** Similis aliorum fuit impietas, qui ne cura Aristotele <sup>cum aliorum</sup> impotem Deum facerent, fecerunt imprudentem. Dixerunt: <sup>effugio, natu-</sup> naturam oculos talpis elaborasse, post animadvertisse demum, <sup>ram improvi-</sup> aut oculis fore pereundum, aut animali: (quomodo enim inco- di consilii re- lumes oculos fore, si cibus fodiendā per faciem <sup>y)</sup> terrā querendus sit? si non querendus, quomodo victurum animal?) nisi pla- ceret oculos planè non extrudere: equidem hoc pacto futuros inutiles: sed magis certe placuisse uty visionis, quam ut vitæ jactura fieret: sic ergo fecisse, & majorem <sup>rē</sup> ēvou, <sup>η</sup> <sup>rē</sup> ēvē curam habuisse <sup>z)</sup>. Non blasphema tantum hæc ratio est, sed se ipsam e-

C

vertit

<sup>u)</sup> placuit hoc exemplum & Riolano II. Anthropogr. 27. p. 261. ubi disputat de sexum transformatione. <sup>v)</sup> Non ergo ignoco Zimara, qui p. 380. digr. ut solveret argumentum de Nat. nil frustra faciente suam fecit curationem Aristotelis de impedimento materiae. Si voluit impedimentum circa speciem, parum Christiane; si circa individuum, impertinenter. conf. Simon. f. 42. <sup>x)</sup> Vid. Simplic. f. 30: quid sint περιγοπέα, et si illa non satisfacerent Aristotelii. Conf. Albert. I. de Anim. Tr. 2. c. 3. ubi de occisione loquitur; & adde Scaligeri verè Christianum de talpis judicium contra Aristotelem f. 475. ad IV. H. A. <sup>y)</sup> falsum & hoc, et si quibusdam creditum, ut Simonio f. 42. An ideo Timpl. p. 439. cum Simonii verba recitat, omisit illud tota facie? Enim vero pedib. anteriorib. cunciclos sibi facit talpa, non, ut Schwenckf. putat, rostro. <sup>z)</sup> Averroī tribuit Simon. f. 41. sed memoriam lapsum puto. Apud Simplicium legisse poterat, qui recitat pariter, sed strictim, & refellit. Antiquiorem certè Averroë esse hinc patet. Videtur in eam incidere Nic. Tignosiū ad II. de anim. f. 280. & alii, qui pellicula usum in muniendis ab injurya suffossa terra oculis sic agnoscunt, ut cæcos interim fateantur. Nam cæteri magis excusabiles sunt,

vertit. Fingit enim nobis improvidam providentiam, ἐπανολγησον ποιεσαι τὴν περίοιαν, ut in ejus refutatione Simplicius loquitur.

Exceptio  
Scholastico-  
rum.

siluitur.

De visu talpa-  
rū, hebeti ex-  
penditur dis-  
cursus

Simplicii :

§. 37. Ut breviores deinceps lineas ducamus, imperat necessitas. Cum ista viā res non procederet, aliam inierunt Doctores Scholastici. Ut talpæ visum adimerent absque Naturæ injuriā, proposuerunt huic fines, quos etiam per cœcitatem liceres adipisci: ut ex insignibus oculorum inter animalia perfecta censi seri talpæ possent: ut decorem illis & ornatum conciliarent isti qualescumque oculi; ut per hos, quod in eo loco futurum erat, vacuum expleretur. Miseri fines: primus etiam in Naturā aperte contumeliosus. Non examino singulos. Fecerunt hoc Simonius & Timplerus. Vim univerſorū unicā ratione cōfodio: Quicquid proſunt oculi, si non vident, monſtriſi ſunt & πεπηραμένοι. Sic Aristotelica reſponſionis impieras nō ſublata fuit, fed incrufata.

§. 38. Deditus talpis visum. Compleamus hujus beneficii numeros, & pellem quoque de mamus, quam qui reliquere, non videntur satis huic animali consiluisse. Lumen enim accipiet: species rerum non dignoscet. Hoc in nobis experimur, cum palpebras obducimus. Quo simili dum Simplicius urit, dicas hanc visionis extremam hebetudinem fuisse conſeffum: & ad hujus excusationem pertinere, quod apud eum legitur de medio & vacui fugā. Nos eum ſic exponemus: Non procedit natura ad extrema mediis omissis. Ergo à viſu orbitate ad aquilinū oculi aciem progredienti fingenda fuit species animantis, quod ambigetur quasi & luctaretur in viſu cœcitatique confiniis. Iſtos oculorum ordinēs accuratiū iuſtrat Scaliger. Nobis hīc non libet explorare, quid illud dogma de fugā vacui in formis vel veri promat, vel occulat periculi. Concedamus postulanti Simplicio ſive formarum aliquos gradus, ſive oculorum: Sed hoc addimus: Iſta loculamenta formarum non explore DEUM, ut expletat, ſed ut ſint habentibus ſalutē. Secundū non multum diſtabit hæc ratio ab illorum temeritate, qui jactabant oculos talpæ contigiffe, ut haberent perfectionem titularem, aut nescio quē ornatū. Iſta non removit dubitationē Simplicius, ſed diſtulit. Docendū erat, oculos tam obtusos neceſſitatibus Talparum ſatisfacere.

§. 39.

¶. 39. Id ab Simplicio neglectum audet nobis polliceri. Sc̄a  
liger, sententiam ejus, non verba, referemus. Putat acriori acie  
talpas neutquam indiguisse, subterraneum animal, cui vita in  
tenebrosissimo elemento, extrā illad mors præsentanea ob aeris  
nostrī tenuitatem, quam pati diu non poscit: lucem ergo ut fu-  
geret, sentire debuisse: hoc illi sufficere. Eam nobis senten-  
tiā si non pro verā, pro argutā saltem perswasam voluit: nec in-  
vitis tamen. Præsensit credo judicium posteritatis. Argutia si qua-  
hic laus est, Alberto debetur. Is enim hanc rationem Scaligerο  
præivit, ignaro, si hoc nescivit, si scivit, ingrato. Sed videamus,  
quām vera sit. Principiō, quod putavit, non esse talpis vitalem  
hunc nostrum aerem, communis error est, post paulum à nobis  
detegendus. Cū tamen hæc tota, quanta est, machina innititur  
unā cū novâ subtilitate de gradibus respirandi & lacertis amphi-  
biis. Quæ penè risū nobis excusserat, augurantibus fore, ut hoc ar-  
gumento metallarii fossores inter amphibia posthac numeren-  
tur. Deinde si aerem nocivum (dēmus enim hec illi) sensu lucis fu-  
gie talpa: parum illi cavit natura: quo enim indicio hostem hunc  
suum deprehendet illuni nocte? Contrà, si verum est (quis ne-  
get?) hunc eundem aerem inimicum longè certius pulmo-  
num suspiriis deprehendi: si totius corporis aut libertate, aut  
appulsi, in quo elemento versaretur, scire potuit: supervacanei  
sunt hi oculi: nisi puteras & pisces, si oculis careant, in quod e-  
lementum veniant ex aquis, ignoraturos.

Scaligeri 2

¶. 40. Proximè à vero aſuit Simonius. Scribit enim, si Are-  
pitum ſentiat talpa, incredibili celeritate ad suum cuniculum re-  
verti, & hoc visui ejus imputat. Credidit ergo, ab eā quoque re-  
rum species internosci. Quod argumentum si libuiffet illi profer-  
re ad perforandam illam pellem, hāc parte nihil in eo desiderare-  
mus.

Simonii 2

¶. 41. Concludamus ergo, talpas non modò lumen à te-  
nebris, sed opaca etiam inter se corpora (licet acie nost aquilinā) dem ſententias  
distingvere. Sciunt enim, ut Rollenhagius observavit, oculis du- ponit  
cibus rūm Solem umbris, rūm λθός πατερική ſimilitis aut agris mutare.  
Non ſemper cavernis ſepulta ſunt: expaciantur interdum, & in  
terra ſuperficie ut inveniunt, quod venentur, ſic habent, quos fu-  
giantur

giant. In has opportunitates oculos illis gratificata est natura de-  
negandos haud dubie, si omnem vitam in subterraneis tenebris a-  
gere eas voluisse.

Argumentum  
novum pro  
excitate:

cum rejectio-  
ne ejusdem.

§ 42. Hoc ipsum respondebitur ad alteram rationem, quam  
inculcare solent causidici cœcitatis, tanti & stimatam à Scaligero,  
ut demonstrativam vocet; *Talpa subterranea bestia perpetuæ est.*  
*Nullus usus videndi subterraneis. Nullus ergo talpa. Subterraneam*  
*esse agnoscimus: perpetuæ, negamus. Hujus unius oculæ ejec-  
tione animam illi demonstrationi expectoramus. Sed testes obdu-  
cunt nobis de illâ Solis & Talpæ antipathia, & hujus fatali termi-  
no, si carcerem suum exeat, Quos testes? Quod sciam, neminem  
producunt testem antiquorem Alberto. Nec nego apud eum hoc  
legi: vita ejus non durat super terram, nisi forte spacio unius horæ,  
vel ad plus spacio horarum duarum. Hujus fidem cæteri omnes  
(fateor multos esse,) clausis oculis securi sunt: sicut ipse alios, quos  
sequeretur habere potuit: sed qui vel credulitati nostræ illude-  
rent, vel mysticum aliquid aut poeticum proferrent, quod aliis o-  
culis legi deberet, aliis intelligi. Hanc unam excusandi Alberti  
rationem invenio. Quæ dixi, licebit hinc æstimare: Olympiodo-  
rus ex Hermete de Talpâ: ἀμέλειαν τὸν Φθάτην θεωρῆν ταῦ  
τα ἡλίου, εἰ δέχεται αὐτὸν ὑγέως ἐστέργετος. Kyranidum scriptor,  
qui Summi Viri iudicio is ipse est Hermes, (Alkirandum nominat  
Bartholomæus Coclès in Chiromanticis;) *Talpa- si viderit Solem,*  
*non ultrâ recipit ipsam terra, sed morietur.* Hæc illi miserunt in li-  
teras. Sed talpæ non curantes quid alii vel scriperint, vel intelle-  
xerint, latebrarum quidem suarum amantiores, non tamen infe-  
liciter vivunt super terram.*

aliud pro visu.

§. 43. Addemus unicum Argumentum pro sententiâ verâ. Quod Carda-  
no, qui volet acceptum referat, non vixim à Scaligero, cùm scriberet, quæsti-  
onem de talpis nec dissoluit à Cardano, nec indicatam saltet. *Zwölfes,*  
seu, *Vivipara talpa est: habet igitur omnes sensus.* Consentaneum enim, quod  
animal perfectâ generatione nascitur, sensuum quoque habere perfectio-  
nem. Perfecta autem viviparorum generatio. Talis quippe humana.  
Fatetur ipse Aristoteles, omnia vivipara sensuum perfecto numero pollere:  
unam talpam nominatim excipit. Nos effatum illud ab o-  
mnium exceptionum necessitate liberandum  
exstimasimus.

ERR. Not. ad §. 13, lin. 14. lege: *pel, in loco oculorum.* §. 25. propè *suo,*  
*ipsi in suo.* ad §. 30, lin. 8. à fin. *de palpebris,*

F I N I S.

94 A 7360

94 A 7360



spiritu sancto et cernerunt loquut

ur milionum multorum et quinque

**A** f

entes et omnia que in

huiusmodi dicitur quod nullum est non



Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26	50.80
B.I.G.	Black																			
Blue																				
Cyan																				
Green																				
Yellow																				
Red																				
Magenta																				
White																				
3/Color																				

67

# DE VISU TALPARUM

DISCURSUM PHYSICUM

Benivolo induit

## Incluti Ordinis Philosophici

IN ALMA PHILUREA

SUB PRÆSIDIO  
VIRI

EXCELLENTISSIMI AC PRAECLARISSIMI

## DN. M. JACOBI THOMASII,

Eloquentie Prof. Publ. celeberrimi, Facult. Philosoph,

Asses. gravissimi, nec non Min. Princip. Col-  
legii Collegiati Dignissimi

Dn. Praeceptoris, Patroni atq; Promotoris omni observantie  
cultu etatem devenerandi  
publicæ Eruditorum ventilationi

ad XII. Calend. Januarii

Horis Locoque consuetis  
subjicit

JOACHIMUS CORTHUM,  
HAMBURG.

LIPSIAE, *Prof. B. G.*  
Typis JOHANNIS VVITTIGAU,  
Ann. clo loc LIX,